



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui dotem Ecclesiae sibi vindicare praesumpserint. xx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Qui verò hoc fieri permiserint, canonum sententiis subiectionentur.

De illis qui dotem Ecclesie sibi vindicare presumpserint. Cap. XX.

Ex concil. Toletan. cap. 19. **M**ulti contra canonum constituta sic Ecclesias que edificauerint postulant consecrari, ut dotem que Ecclesie contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in preteritum displicet, & in futuro prohibetur, sed omnia secundum consuetudinem antiquam, ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

De Ecclesiis destructis quomodo restaurari debeant. Cap. XXI.

Ex decret. Ygini papa. cap. 5. **V**t Ecclesie destructe, ubi aut plures sunt quam necessitas, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopi providentia modus inveniatur, qualiter consistere possint.

Quod in vna terminatione plures baptismales Ecclesie esse non possint. Cap. XXII.

Ex concil. apud Aquasgras. cap. 5. **P**lures baptismales Ecclesie in vna terminatione esse non possunt, sed vna tantummodo cum subditis capitulis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum plebes verarumque discernant, & si non conueniunt, lis de iudicio discernatur.

Vt regularia monasteria nec vendi, nec commutari possint. Cap. XXIII.

Ex decret. Siluerii papa. cap. 1. **N**emini regum aut cuiquam hominum in proprium liceat monasterium tradere, nisi ad aliud monasterium vel commutare, nisi cum alio monasterio, vel quocumque commento vendere. Hoc etiam diuina & apostolica auctoritas canonica sub anathematis poena sanxit. Quod factum fuerit, non valebit, sed ipsum monasterium in primum reformetur statum.

Vt non liceat alicui vnius Ecclesie terram nisi commutari vertere ad aliam. Cap. XXIII.

Ex concil. Lugdun. cap. 5. **N**on liceat episcopo, nec abbati, terram Ecclesie vertere ad aliam, quamuis ambæ sint in eius potestate. Tamen si commutare voluerint terras earum, cum consensu amborum faciant.